

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Misericordia ac
cum uariis

Deus tristatur non de sua iniuria sed de nostra perditione. Sicut rex benignus audiens criminosas personas, lege quidem compellente ipse mortis sententiam dictat aduersus eas, tamen misericordia instigante lacrimas fundet super ipsas et uult eas adiuuare et non potest contradicente sibi iusticia quoniam misericordia tunc est uere misericordia, si sic facta sit ut iusticia per eam condempnetur. Si autem contempta iusticia misericordia obseruetur, ipsa misericordia non est misericordia sed fatuitas. Iusticia enim sine misericordia non est iusticia sed crudelitas, sicut et misericordia sine iusticia non est misericordia sed fatuitas.

Crisostomus super Mattheum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Misericordia ac] Misericordia ad P V¹, Misericordia y V² L¹ L²; tristatur] tristatus M; dictat] ad *add.* C; fundet] fundit P V¹ V² L¹ L²; quoniam...iusticia *om.* (*cor. in marg. ad imum pag.*) B; condempnetur] uel contempnatur *add. in marg. ab alia manu* M, contempnatur P V¹ V² L¹ L²; sine iusticia] sine iusticia *add. (del. sub lin.)* C; non est misericordia *om.* M